

63

Physicorum

Folia lxxij

materiali in actu sic est. et hoc in ordine ad nostrum intellectum. quia enim intellectus noster non potest sic capere totum infinitum. ideo necessarium habet capere partem post partem. et ideo in intellectu illius infiniti est seipsum aliquid extra accipere. sicut autem est de intellectu divino. quia ille est etiam infinitus. Sed ista definitio nullo modo potest provenire infinito formali quod est deus. quia non habet contrarietatem. nec est in eo accipere partem post partem. quia est totum in divisibilibus. et ideo tale infinitum vel totum attingit vel totum ignorat. sicut patet per 34. metaphisice.

Ad. Infinitum non est. sed non potest definitum. Dicitur quod est duplex infinitum. unum est infinitum in potentia. et hoc est quod philosophi definiunt. Aliud est infinitum in actu. et hoc non est nec habet definitioem quod res. licet de eo possit dari definitio quod non habet. sicut patet infra de vacuo. Possit tamen definitio predicata etiam provenire infinito materiali in actu. in ordine ad nostrum intellectum. ut patet per 34. iam dictis.

Ad. Videtur quod definitio antiquorum proveniat infinito formali. probatur. quia hoc infinitum est extra quod nihil est. nam deus habet omnem perfectionem ex se. et extra ipsum nulla perfectio est. Etiam si esset aliquod infinitum in actu extra ipsum nihil esset. sed videtur antiquos optime definitum esse infinitum. Dicitur quod si infinitum capitur per infinitum formali. et quantitas per quantitate virtutis. tunc definitio antiquorum potest provenire infinito formali. quia accipiendo quantitate illius virtutis infiniti formalis. sed dei nihil vel re perfectio est extra ipsum. quia primum in se omnem perfectionem. Si autem intelligatur de infinito materiali in actu. tunc est de singulari de ista pericula (cuius quantitate accipiuntur) quia duplex potest accipi quantitas infiniti materialis. uno per res et sic nihil est extra accipere. quia infinitum omnia includit. Alio per nostrum intellectum. et sic definitio Aristotelis provenit infinito materiali in actu. quia intellectus noster accipit in illo in finito partem post partem. et sic est seipsum aliquid extra accipere. licet intellectus divinus possit infinitum simul accipere.

Ad. Si accipiat quantitas alicuius primi. scilicet ligni. tunc nihil est extra illam accipere. sed male dicitur Aristotelem. quia quantitate alicuius accipientis semper est aliquid extra accipere. Dicitur quod partes in aliquo primo in quo infinitum reperitur potest capi dupliciter. uno modo per comparationem ad totum absolute. et sic accipientibus quantitate partium nihil est extra accipere. sicut dicitur argumentum. Alio modo accipiuntur partes in primo per se quod habet ordinem ad potentiam divisionis per equalitatem proportionis. et sic accipientibus quantitate partium in aliquo primo semper est aliquid extra accipere. Et ille est intellectus definitioem. quia primum non habet sine divisione per se presens eiusdem proportionis et ideo est seipsum aliquid extra accipere per illam divisionem.

Explicit tertius physicorum.

Similiter autem

necesse est physicum et de loco sicut et de infinito considerare si est aut non. et quomodo est. et quid est.

Et ea namque que sunt. omnes opinantur alicubi esse. Quod tamen non est. nisi quod est Ubi enim est tragelaphus aut philagay

Postquam philosophus determinavit in tertio de motu et infinito quod competere motui intrinsece secundum quod est de genere contrarietatis. Hunc in quarto libro intendit determinare de his que adveniunt motui extrinsece. Et ex isto sumitur ratio ordinis istius libri ad tertium. quia in tertio determinatum est de passionibus intrinsecis entis mobilis. scilicet de motu et infinito. Et dicuntur intrinsece. quia sequuntur ens mobile secundum quod habet motum. et sic proveniunt omni entis mobili est enim omne ens mobile compatibile ad motum sic quod quicquid motus provenit sibi. sicut omne ens mobile est infinitum in potentia. quia est primum de quo in tertio libro determinatum est. In hoc autem quarto determinatur de passionibus extrinsecis entis mobilis. scilicet de loco vacuo et tunc. quod dicitur extrinsece. quia non proveniunt subiecto huius scilicet secundum quod habet motum sicut circa principium tertij dictum est. Et in hoc quarto primo determinatur de his que adveniunt motui extrinsece quasi mensure mobilis. Secundum de tunc quod est mensura ipsius motus. ibi loquitur de tunc et de tunc. Circa primum primo determinatur de loco. Secundo de vacuo. ibi. Eodem autem modo. Circa primum primo ostendit quod a philosopho naturali sit determinandum de loco. dicens quod sicut de terminatum est de infinito an est vel non est. ita sicut necesse est secundum philosophum naturale determinare de loco an est. De loco tamen determinatur quod est. et de infinito quod non est. et ideo sicut dicitur dicitur quod ad modum determinandi. quia sicut Aristoteles. post rationes ad probandum infinitum esse et non esse. ita sicut facit de loco. habet non est similitudo quo ad existentiam. cum locus sit simpliciter et infinitum secundum quod dicitur Tunc ibi. Et ea namque. Aristoteles. probatur quod physicum habet determinare de loco. Et circa hoc considerandum est quod tribus modis excludit aliquid a scia. Primum quod est singulare et particulare. quia de singularibus secundum quod habet non est scia. cum singularia non habeant principia necessaria. nec passionibus demonstrabiles de ipsis. Secundo de aliquo non est scia. quia habet se per accidens ad tales scias. et sic geometer considerans quantitate non considerat qualitate. ut videtur per lineam sit alba vel nigra. Tertio aliquid excludit a scia quia circa ipsum non est difficultas. Ars enim et verus sunt circa difficultas. extendendo etiam arte ad sciam. Et ideo Aristoteles. ponit tres rationes per quas excludit ista tria impedimenta. Primum ratio tangit in isto reatu. et stat in hoc de illo habet determinare physicum quod est esse omni rebus naturalibus. quia iste liber tractat de corporibus et in posterioribus descendit ad entia physica specialia. scilicet locus est communis omnibus rebus naturalibus. quia omnia entia naturalia sunt in loco. Et hoc probatur Aristotelem. autoritate antiquorum. quia non ponebant alia entia que entia naturalia. et dicebant omne ens esse in loco. sic arguuntur quod non est. nisi quod est. quod aliquid est in loco est. Et ex ista opinione sequitur secundum antiquos quod naturalis scia esse prima philosophia que est communis omnibus entibus. ut dicitur quarto metaphisice.

o ij